UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Maledicis. Tit. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95280

Visual Library

Cap. Præſentium. III.

Alexand. III.

1 CLericus qui eſt preſens in conflictu, ſed ex parte repellentium vim, & lapides iecit, & nullum percuſſit, ſunt tamen ab aliis aliqui interfecti, ſuſpenditur per biennium à celebratione Miſſarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarrell. Ioan. Andr. Anan. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 171. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 697. remiſſiuè Ximen *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 21. *c.* 3. & eſt poſt Concil. Lateran. p. 26. *c.* 11.

2 *Decurſo huiuſmodi temporis ſpatio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ptohibitum ad tempus, poſt illud cenſetur permiſſum, vt per Tiraq. *de retractu conuent.* §. *gloſſ.* 2. *num.* 48. Surd. *deciſ.* 75. *n.* 1. *&* *conſ.* 257. *n.* 18. *&* *conſ.* 294. *n.* 6. D. Barboſ. *in l. cum prætor in princip. n.* 45. *ff de iudic.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 65. *n.* 8 Brunor. à Sole *in locis communib. verbo prohibitio* 16. Et limitatum ad tempus, non extenditur vltra illud tempus, Menoch. *conſil.* 151. *n.* 46.

Cap. Continentia. IV. & fin.

Cæleſt. III.

1 CLericus qui in iuſto conflictu, v. g. ad reſiſtendum prædonibus cum aliis arma ſumpſit, in quo aliqui fuerunt interfecti, ſed ipſe neque facto, neque conſilio interfecit, poteſt vlterius ordinari in ſubdiaconatu tantùm, & miniſtare ex diſpenſatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Butr. Anch. Henric. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 171. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 698. remiſſiuè Ximen. *in concord. p* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 10. *c vnic.*

Vide quæ dixi *ad cap. petens* 17. *ſup. de homicid. pag.* 243.

De Maledicis.

Tit. XXVI.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Mar. Meſnard. *in epitome Decretal. fol.* 190. Daniel. Venator. *in analyſi methodica iuris Pontificij, à p* 694. Goffred. & Hoſt. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Bartol. Carthag. *in expoſitione titut. iuris Canon.* Zipæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarrat pag.* 420. Cenif. *in ſumm iuris Canon.* nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Bernard. *in pract. cap.* 69 *in nouiſſ. impreſſ.* Decian. *tractat crimin lib.* 7. *c.* 50. Bernard. Muſcatell. *in pract. crim tit. ſi quis Imperatori maledixerit*, Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 5. *conſid.* 6. Menoch. *de arbitr. caſu* 377. Perez *l.* 34. *verſ. vtrùm autem liceat, tit.* 3. *lib* 8. *Ordin pag.* 75. *&* *l.* 1. *verſ. eſt præterea adnotandum tit.* 7. *eodem lib.* 8 *pag.* 197. plures Doctores, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 146 *n* 1. quibus adde Molin. *de iuſtitia tract.* 2. *diſp.* 688. *verſ. qui autem Principi*, Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 32. *art.* 4. Cardoſ. *in praxi fori iudicum, verbo maledictio n.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. 9. *q.* 105. *inſpect.* 10. *&* *part.* 4. *quæſt.* 113. *inſpect.* 1. *n.* 1. *in fine*, Pradil *in ſumma legum pœnal. part.* 1 *cap.* 4. Illuſt. D. meum Rodericum à Cunha *in comment. ad c. clericus maledicus* 5. *diſt.* 46. & agit apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.* 7. & apud Caſtellanos *l. final. tit.* 2. *p.* 7. *&* *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 8. *Ord.* *&* *l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 7. *nouæ recop* *&* *l.* 11. *tit.* 26. *eodem libro.*

SVMMARIVM.

1 *Maledicus Papæ puniendus eſt, vt alij deinceps deterreantur.*
2 *Papæ maledicens eſt puniendus,*
3 *Papatus dicitur beneficium.*
4 *Iniuria dicitur grauis illa, quæ multis adſtantibus, videntibus & audientibus facta eſt.*
5 *Maledicentes contra Romanam Eccleſiam puniuntur.*
6 *Iniuria non cenſetur remiſſa in foro fori per Confeſſionem peccatoum.*

Cap Innotuit. I.

Clem. III.

VErba proferens contra officium, vel beneficium 1
Papæ eſt puniendus, ne de cetero contra Eccleſiam Romanam loquatur, & aliis ſit terror. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 146. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 172. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 698. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 11. *de clerico maledico, c. vnic.*

Collige ex tex. maledicentem Papæ eſſe puniendum, 2
vt per Bernard. *in pract. c.* 69 *in nouiſſima edit.* Plac. *de delictis, lib.* 1. *c.* 4. *n.* 2. *in fine*, Farin. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 105. *n.* 394. *cum ſeqq.*

Illud profectò demiſſi, & patientiſſimi iniuriarum animi exemplum eſt quòd de ſanctæ mem. Pio V. narrat Petr. Matthæus *in ſumma conſtitutionum ſummorum Pont. Bulla* 3. *eiuſdem Pij V. in fine, p. mihi.* 514. & habetur in breui enarratione geſtorum ſanctiſſimi Pontif. Pij V. ex proceſſibus & probatis auctoribus digeſta per Fr. Archangelum Caracciam *pag.* 35. nam cùm nebulo quidam obſcurus famoſum carmen contra Summum Pont. ineptum quidem atque infulſum, ſed maledicum, ac contumelioſum Paſquillo affigeret, ſummo ſtudio, ac diligentia inueſtigatus ex quibus indiciis eſſet, & tandem comprehenſus, & Pontifici oblatus, exiſtimarunt omnes grauiſſimè fore animaduertendum. Iuſſus eſt à Pontifice carnem ſuum recitare, deinde interrogauit quo conſultore, aut impulſore ea auſus eſſet, conſtanter reſpondit ſe non niſi mali dæmonis id inſtinctu con poſuiſſe; quòd cùm pro ſua benignitate crediſſet, addidit benignitati clementiam, atque animi magnitudinem ſingularem. Si tu, inquit, mihi vt Summo Pont. maledixiſſes, non ferres impune; verùm quia in Pium V. non es conuitiatus, ſed in Fratrem Michaëlem, in monachum Scarpon. in Cardinalem Alexandrinum conuicia iactaſti, id ego non proſequar, nec tu Gubernatorem eo nomine, vel pœnam aliquam metuens, abi liber quo velis; ego verò humilitatem generis mei, vitæ, & habitus (ſiquidem & calceos craſſiores in conuicium vocas) ſemper & animo retinebo, & libens confitebor, & ero vilis in oculis meis, & abiectus coram Domino.

Beneficij

3 *Beneficij noſtri.*] Ergo Papatus dicitur beneficium, vt per Corraſ. *part.1.parap.cap.1.num.3.* Selua *de beneficiis, part.1.quæſt.2.num.8.& 26.* Rebuff. *in praxi benef. part.1.tit. ſeculare beneficium, quotuplex ſit n.3.* Cened. *ad Decret. collect.146.n.5.* Gonz. *ad reg.8.Cacell. gloſ.4.n.61.* vbi *n.62.* tenet quod Papa debet habere maiorem ſcientiam reliquis omnibus, cum ſit Præpoſitus curæ totius Chriſtianitatis. Seb. Cæſar. *de eccleſ. hierarch. q.2. procem. §.4.n.2.*

4 *Multis coram adſtantibus.*] Notatur ad hoc, quòd illa iniuria dicitur grauis, quæ multis adſtantibus, videntibus, & audientibus facta eſt, vt per Nicaſ. *in §. atrox num.3. Inſt. de iniur.* Anton. Gomez *variar. tom.3. c.6. ſub num.4.* Menoch. *de arbitr. caſu 263.n.24.* Farin. *in praxi crimin. p.3.quæſt.105.n.185. & conſil.30.num.28. lib.1.*

5 In gloſ. *A temeritate.* ibi, *ſed quatenus contingit. Romanam Eccleſiam.* Notatur ad hoc, quòd maledicentes contra Romanam Eccleſiam puniuntur, vt per Farin. *d. quæſt. 105. num. 397.* Qua autem pœna puniantur Principi, vel cuicunque alij maledicentes, vide Syluest. *in ſum. verbo maledicto,* Gig. *de crimine læſæ maieſt. lib.1. quæſt.40.* Nauar. *in man. c.23. num.117.* Sebaſt. Medic. *in ſumm. peccat. part.1. tit.4. ex quæſt.68.* Mandoſ. *in praxi tit. de ingrat. c.62. caſu 100.* Auil. *ad c.25. Prætor. in gloſſ. le pragmatica num.4.* Perez *l.34. ex pag.75. in fine verſ. vtrum autem liceat aliquem maledicere, tit.3. lib.8. Ordin. & l.1. verſ. eſt præterea adnotandum tit.7. eod. lib.7. p.19.* Menoch. *caſu 377.*

6 In ead. gloſſ. ibi, *ſed rancorem ſic.* Notatur ad hoc, quod iniuria non cenſetur remiſſa per confeſſionem peccatorum dum pœnitens in manibus ſacerdotis illam iniurianti remittit, talis enim remiſſio intelligitur facta quoad rancorem, & odium non autem quoad ſatisfactionem, & in foro fori, vt per Couar. *variar. lib.2 c.10. num.17. in princip. & verſ.3. conſtat.* Clar. *in pract. § fin. quæſt.58. verſ. ſed in propoſito,* Iacob de Graffiis *in aureis deciſionibus, part.1. lib.1. c.137. num.4. in fine,* Maſcard *de probat. concluſ.902. num.3. & concl.1156. à n.25.* Farin. *d. quæſt.105. n.376.* vbi *n.377.* limitat niſi in manibus Sacerdotis ſit per pœnitentem facta plenè remiſſio, tunc enim cenſetur etiam remiſſa iniuria in foro contentioſo.

SVMMARIVM.

1 *Pœna blaſphemãtis Deum vel aliquem ſanctum & præcipuè glorioſiſſimam Virginem, ponitur.*

2 *Doctores referuntur de blaſphemiis, & blaſphemantibus agentes.*

3 *Blaſphemans calore iracundiæ an mitius ſit puniendus, remiſſiuè.*

4 *Blaſphemantes ebrij minores mulieres. & ruſtici, quibus pœnis puniantur, remiſſiuè..*

5 *Blaſphemantes contra aliquem Sanctorum, quas pœnas incurrant, remiſſiuè.*

6 *Blaſphemia crimen eſt mixti fori.*

7 *Iudex eccleſiaſt. pro executione ſuæ ſententiæ poteſt implorare brachium iudicis ſæcularis.*

8 *Iudex ſecularis ſub pœna excommunicationis poteſt cogi ad præſtandum brachium ſuum Eccleſiaſtico.*

9 *Nobiles mitius puniuntur.*

10 *Moneta debet ſolui vſualis, & in loco frequentata.*

11 *Debitor tenetur recipere ſuum debitum, vel condemnationem in ſuum fauorem factam in moneta quantumcunque minutiſſima.*

12 *Aureos auri qui tenetur ſoluere non poteſt ſoluere niſi aurum.*

13 *Monetam ſciens eſſe mutandam ſi ſoluat, mutuet, vel det illam ante legem, an teneatur ad reſtitutionem, remiſſiuè.*

Cap. Statuimus II. & fin.

Greg. IX

EPiſcopus præcipiat, vt blaſphemans publicè per ſeptem dies Dominicos coram exiſtat præ foribus Eccleſiæ in manifeſto, dum fiunt Miſſarum ſolemnia, & vltimo die pallium, & calceamenta non habeat, & ligatus corrigia circa collum, & ieiunet ſeptem feriis præcedentibus in pane, & aqua, nec in Eccleſiam ingrediatur, & ſi poteſt quolibet die horum reficiat tres, vel duos, vel vnum pauperem, vel ſi non poteſt reficere, alia pœnitentia iniungi debet, & ſi non vult facere prædictam pœnitentiam, interdicendus eſt ei ingreſſus Eccleſiæ, & in morte eccleſiaſtica ſepultura priuandus. Item Princeps ſecularis hunc punire tenetur ſi eſt diues in quadraginta ſolidis, alioquin in triginta, vel viginti, vel ſaltem in quinque & hoc ſiue blaſphemet Deum, ſiue Sanctos, & multo magis B. Virginem, & ſi iudex ſecularis eſt negligens, Epiſcopus illum cogat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtien. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Cened. *collect.126.* Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontif. pag.173.* Alagona *in compend. iuris Canon. p.698.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

Hîc ponitur pœna blaſphemantibus Deum, aut aliquem Sanctum, de qua etiam habetur apud Luſitanos in Ordin. Regia *lib.5. tit.2.* vbi Parens meus, & apud Caſtellanos *l.1. tit.28. p.7.* vbi Greg. & *l.5. tit.4. lib.8. nouæ recopil.* vbi Azeued. agunt etiam Clar. *in pract. § blaſphemia,* Bonac. *commun. crimin. part.1. verbo blaſphemia. fol.16.* Boër. *deciſ.301.* Iacob. Simanch. *in enchir. tit.9. & de Cathol. inſtit. tit.8.* Mantu. *ſing.545.* Alphonſ. de Caſtro *de iuſta hæret. punit. lib.1. c.12.* Nauar. *in man. c.12. ex num.81. & in cap. inter verba 11. quæſt.3. corol.57. ex num.613.* Maiol *de irregular. lib.5. c.32.* Ludou. Lop. *in inſtruct. conſcient. part.1. c.51.* Cabalin. *milleloq. 500.* Roias *de hæret p.2. aſſert.12. ex num.168. vſque ad n.180.* Lel. de Zanchis *de priuil. Eccleſ. priuil.150.* Petr. de Salazar *de vſu & conſuetud c.5. ex num.26.* Humad. *l.60. ad textum ex num.3. tit.6. part.2.* Auend. *de exequendis mand. lib.2. c.5.* Anton. *cap de iure non ſcripto lib.5. c.135.* Illuſtriſſimus D. Roderic. à Cunha *in comment. ad c.4. num.7 diſt.25.* Menoch. *de arbitr. caſu 319. num.16. cum ſeqq. & caſu 375. & ſeq. & de præſumpt. lib.5. præſumpt.8. num.29.* Maſcard. *de probat. concluſ.194. cum ſeqq.* Peret. *ad rub. tit.8. lib.8. Ordin. pag.137. & pag.203.* Rebuff. *de reprobat. teſt. num.55.* Azeued. *l.1. tit.4. lib.8. nouæ recopil.* Auend. *de exequendis mandatis, part.2. c.5. à princip.* Flamin. *de reſignat. lib.5. quæſt.6. num.65.* Decian. *in tract. crimin. tom.2. lib.6. c.1. cum ſeqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap.113. in nouiſſ. edit.* Vincent. de Franch. *deciſ.504.* Theſaur Pedemon. *deciſ.242,* Franch. Narc. *deciſ.509.* plures quos refert Cened. *ad Decretal. collectan.126.* Steph. Quarant. *in ſumma Bullarij verbo blaſphemi,* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verbo caſus,* Farin. *in praxi crimin. part.1. quæſt.20.* Sayr. *in claui Regia lib.6 c.c.13. num.23. cum ſeqq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.4. quæſt.9.* Bernard. Muſcatel. *in pract. crimin. tit de blaſphemia.* Marta *de iuriſdict. part.2. c.13.* Azot. *inſtit. moral. part.1. lib.11. c.3. q.2.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.2. c.32.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.18. n.195. cum ſeq.* Camp. *in diuerſ. iuris Canon. rub.11. c.24. à n.66.*

Vtrùm verò ille, qui calore iracundiæ blaſphemauit

uit mitiùs ſit puniendus, vide Tiraquel. de pœnis temperandis cauſa 1.n.14. Viuian.deciſ. 275. Barz.Bononiæ deciſ. 135. quos refert Aleyſ. Riccius in collect. deciſ. p. 2. collect.75.in medio.Cened. ad Decretal.collect.126. n.3.Menoch.caſu 319.à n.32.& caſu 375.n.32.Decian. d.lib.6.cap.5. num. 9. Auendan. d. cap. 5.n. 12.in princ. Farin.d. quæſt. 20. n. 47. cum ſeqq. & quæſt. 91. n. 9.De
4 ebrio vide Anton. Scap.de iure non ſcripto lib.5.c.135. ex n. 2.Perez ad rub.tit. 8.lib.8. Ordin. verſ. vtrum autem ebrius, pag. 203.Humad. l. 60.n.6.tit. 6.part. 1. Aragona in addit.ad Palat. in alleg. de hæreſi lit. B.la 2. vbi etiam de mente capto, blaſphemo. Auendan. d. c.5. num. 19. Decian.d.cap.5.num.8.Farin.d.q.10.n.50. de minore vide Decin. d.cap. 5.n.5. Farin. part. 3. tit. de pœnis temperandis,quæſt.92.num.fin. De muliere vide Farin, d.part. 3. quæſt. 98.num. 19. vbi refert ſe vidiſſe Venetiis plures flagitioſas fœminas propter blaſphemiam in linguæ abſciſſione punitas. De ruſtico vide Decian. d. cap. 5.num. 10.Farin. d.quæſt. 20.n. 51.cum ſeqq & de omnibus Campan. d.rub.11. cap. 26. n. 85. remiſſiuè Ego ipſe de officio,& poteſt. Epiſcopi, part. 3. alleg. 51. num.10

5 *Vel aliquem Sanctorum ſuorum.*] De blaſphemantibus contra aliquem Sanctorum, & quas pœnas incurrant,vide citatos per Me d.alleg. 61.n.91.& Farin. d. quæſt.20.n.25.cum ſeqq.Soar.de Religione,tom.1.tract.3. lib.1. cap. 5. n. 6.Decian.d. lib. 6. cap. 2. n. 19. Sanch. in præcepta Decalogi lib.2. cap.32. n.27.Et an blaſphemia in Deum, ſeu B. Virginem ſpecie diſtinguatur ab ea, quæ emittitur in Sanctos,vide Campanil d.cap.26. num. 79.

6 *Per temporalem præterea Poteſtatem,* &c.] Ergo blaſphemiæ crimen, tanquam mixti fori poteſt etiam per temporalem poteſtatem puniri, de quo vide Ordina. Regiam Luſitan. lib.2. tit. 9.in princip.Anend.d. cap.5. num.11. & 12. Curiam Philip. part. 3.§.2.n.15.Marta de iuriſdict. part. 2.cap.13 .Azor. d. part.1.lib.9.cap.28. q.5. Sanch.d.lib. 2.c.33.n.37.poſt Clar. Couar.&alios Marian. Antonin. vari. reſolut. lib. 3.reſol. 12.n. 1.& plures quos refero ego ipſe d. alleg. 51. n. 94. Farin. d. quæſt. 20.n.39.& tract. de hæreſi, quæſt. 178. n.76. vbi reſoluit contra conſuetum blaſphemare, & monitum blaſphemare non ceſſantem Inquiſitores poſſe procedere. Et de hæreticalibus blaſphemiis, & quod de eis Inquiſitores cognoſcunt, dixi d. alleg.51.n.89.

7 Notatur etiam ad hoc, quòd iudex Eccleſiaſticus pro executione ſuæ ſententiæ poteſt implorare brachium iudicis ſecularis, & dictus ſecularis iudex tenetur illud impertiri, & ſententiam prædictam exequi, vt per Cou. practic.cap. 10.n.1 Farin.in praxi crimin. p. 3 q.97.n.81.cum ſeqq.

8 *Conctione.*] Ergo ſi iudex ſecularis non vult brachium ſuum præſtare Eccleſiaſtico, poteſt ad id cogi, ſub pæna ſcilicet excommunicationis, vt per Marant. diſput.1. n.8. verſ. item poteſt iudex. Menoch. de arbitr. caſu 452. Ballacomb. tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit.1.n. 118. pag. 367. Auiles ad cap. 10. Prætor. verbo vſurpan.n. 21. Perez l.4. tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 473. Decian. d. lib. 4. cap.10.n.3. verſ. Octauo. Bobadil. d. lib.2.cap.17. num.80. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom 1 quæſt. 8.art.14.Farin.in praxi crimin.quæſt.97.num. 82. Modern. de iuriſdict part.1.c.52. num. 1. Ludouic. Rodolphin. in tract.de brachio ſeculari num. 45. Sanctar. de hæreſi c.6.dub.4.n. 23.me citato Diana reſol. moral. p. 1. tract.2. reſol.120.

9 *Nullam in hoc miſericordiam,* &c.] Notatur ad hoc quòd nobiles mitiùs puniuntur, etiam quòd lex, ſeu conſtitutio pœnalis expreſsè dixiſſet delinquentem, nullam miſericordiam conſecuturum, vt per Tiraq. de pœnis temperan.cauſa 31.n.2. de nobilit. c. 20. n. 19.

Farinac. in praxi crimin.par.3.quæſt. 98. num.97.

Vſualis moneta.] Ergo moneta debet ſolui vſualis, 10
& in loco frequentata, prout cum communi reſoluit Chald. Pereira de emptione, & vendit. cap.22. n. 36. in
qua quantumcunque minutiſſima tenetur debitor 11
recipere ſuum debitum, vel condemnationem in ſuum fauorem factam, de quo vide Tiraquel.de retract tit.1. §.1 gloſ. 20. n. 4. & 5.Mexi in tract.taſſæ panis concl.7. verbo marauedis pag.mihi 130.Gutier pract.lib. 2.q 173. à princip.Gaſp.Roderic,de annuis reddit.lib.2.quæſt.15.
num.92. verſ.ſed quid:qui enim tenetur ſoluere aureos 12
auri, non poteſt ſoluere niſi aurum, ſi liquidò conſtet id actum fuiſſe, quod pretium in aureo ſolueretur,non in argentea pecunia, ſecus ſi nullus fuerit habitus reſpectus aureæ pecuniæ, ſed quantitatis duntaxat, de quo vide Couar.in tract.de veterum numiſmatum collat. cap. §. 7 vni. num.2.Surd. conſil. 405. num.32.Paul Comitol. reſponſor.moral. lib.3. quæſt. 44. num.7.Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.55.n.26. cum ſeqq. Chald.
Pereira de reſolut. emphyt.cap. 13.n. 17. An ſciens mo- 13
netam eſſe mutandam ſi ſoluat, mutuat, vel det illam ante legem, teneatur ad reſtitutionem, vide Afflict.deciſ.399.n.9.Pinel. in l. 2.C.de reſcind.vendit.part.3.cap. 2.num.22.Anton.Gomez tom.1 variar cap.2.n.32.in fine, Menoch. de arbitr.caſu 185. num.20.& 21. Mexia in d.tract.taſſæ panis concluſ. 6. num.6. Zerol. in prax. Epiſcop. part. 1. verbo pragmatica, Sayr. in claui Regia lib.3. cap.5.num.1.Paul Comitol.lib.3.quæſt.32.Valer. Reginal.in praxi fori pœnitent.lib 25.num 188.Ioannes Salas de contract.tractat.de empt.dub.22. in fine.

De Clerico excommunicato, depoſito, vel ſuſpenſo miniſtrante.

Tit. XXVII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Ionn. And. Anchar. Butr. Anania. Panorm.Marian. Socin. Cened. collect. 25. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici. Martin Menart in epitome Decretal. fol. 190.Dan. Venator. in analyſi methodica iuris Pontificij à pag.698. Goffred. & Hoſtienſ. in ſumma huius tit. Alexand. Caſſan. & Anaſtaſ.Germon. in paratitlis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag in expoſit. titul.iuris Canonici,nouiſſimè Ioan. Honor. lib. 5. ſum.in Decretal. omnes ſub hoc tit.

Cap. Si quis Epiſcopus I.

Ex Concil. Apoſt.

CLericus depoſitus iuſtè pro certo crimine ſi auſus fuerit attrectare miniſterium ſibi iam com- 1
miſſum, abſcindatur ab Eccleſia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in rationali lib.5. iuris Pontif. pag.174. Alagona in compendio iuris Canon.pag. 699. remiſſiuè Ximen. in concord. p.1. & 2. deſumitur ex Canon. Apoſtolorum c.28. ex Theodoro, & refertur ab Anton. Auguſt. Collect.1. Decretal.lib.5.tit.32. cap.1.

Notatur hic text. ad hoc, quòd clericus excommu- 2
nicatus maiori excommunicatione, interdictus, vel ſuſpenſus ab officio, qui ſciens aut ſcire debens ſe eſſe excommunicatum, interdictum, aut ſuſpenſum, celebrat Officia diuina, aut facit ſolemniter aliquid